Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



403

aliqui iudicat interdum & pphetas. Sicut & in quinquagesimo psalmo scriptum est.
ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris. & propterea non ut iudi
cauit. ut iustepunixit. Tale inquid fecit & cirus rex persarum & medorum regem arme
niorum. Quando non ingressus est amiciam eius. Uictum & captiuum accepit.
& proprios illius cognatos. & uxorem & filios fecit iudicare inter illos. ut iuste
aut miserentur aut punixit. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis
uiuens. Dis abrcham. Dis isaac. Dis iacob. Dis uiuentium & mortuorum. Ergo nec ipsi
patriarchae. iustificabuntur in conspectu dei. Stellae enim non sunt mundae in
conspectu eius. quia secutus est inimicus anima mea. Hoc in persona non in
dignum. Nulli dubium quin diabolus humiliauit in terra uitam meam. Hoc est quod dicit.
Antea ebrae alar habebam & uolabam. Nunc autem secutus est inimicus & compre
hendit & ligauit mihi pedes & manus. quemadmodum uolatile abhomine con
prehenditur. & quasi uidetur mortuum esse. quia non habet licentiam alarum suarum
ut uolet. Tradit me inquid inimicus ligatum in conscientia peccatorum meorum.
Conlocauit me in obscuris sicut mortuos saeculi: sicut mortuus saeculi. Adhuc nec dum
mortuus. quia in paenitentia stat. Si autem peccant non agit paenitentiam.
hic mortuus est saeculi. & non sicut mortuus. sed perfectus mortuus. Hoc
ergo putauit inimicus. quia non agit paenitentiam pro peccatis meis. Quia ipse
mihi suggessit. ut faciam. & anxiatus est super me spiritus meus. Tu prius dic
peccatum tuum & saluus eris. Ceterum si solum sus pirauerit peccatum tuum.
saluus eris. In me turbatum est cor meum. Propter conscientiam meam quia peccauit. Memor fuit dierum antiquorum. Dierum meorum priorum memor fui.
quando
Quomodo habebam confidentiam. Nunc autem mihi nox est. Expandi manus
meas ad te. Ligatus a inimico. nihil aliud possum facere. nisi paenitentiam
agere. & manus meas leuare ad te. Anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Sicut terra sine aqua stat & quaerit imbrem. Tradit anima mea desiderat & sitit
ted mi suum. Uelociter exaudime domine defecit spiritus meus. Anima mea defecit
& caro mea defecit. spiritum remansit in me. & ipse defecit. Sed uelocit
exaudime & miserere mei. Nota fac mihi uiam in qua ambulem xpm tuum
notum fac mihi. quid xe. Ego sum uia xpi. bonus deducit me in terram rectam.
Hoc impussimi arrianipponunt nobis & dicunt. Magister bone quid faciam
bonum ut saluus fiam. Quid dicis. quid medicis bonum nemo est bonus nisi
unus dis. Ergo si filius non est bonus. sed pater maior est. quam filio. Ergo secun
dum tuum sensum impussimi arriane quis maior est. filius aut spiritus sanctus. Ut qui
dicis filius. hic ergo dicit. spiritus bonus deducit me in terram rectam.